Mythologia, Venise, 1567 - V, 18 : De Pale

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

Mythologia, Francfort, 1581 - V, 18 : De Pale *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

Mythologie, Paris, 1627 - V, 19 : De Pales *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

Mythologie, Lyon, 1612 - V, 18 : De Palés *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination165r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesPalès
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/869?context=pdf

ris dixerunt, quæ temporum omnium miniſtræ ſunt & cellariæ. Cum verò lux Aurora ſit ante Solis ortum, iidem Solis equi dicūtur portare Auroram. Sol ſyderum dominus, & lucis, vitæq; mortalium quæſtor habitus eſt, quoniam autor eſt luminis cæteris ſtellis, & pro illius curſu cuncta vigent animātia. Hic idem morborum, & ſalutis omnium, & frugum, & rerum copiæ eſt autor, & temporum moderator, & Deus habitus, ob infinita propè in omnes beneficia. Hic igitur cum ſolus tantæ ſit autoritatis inter omnia quæ videntur, perpetuoque motu agitetur, Deus ab antiquis primus fuit creditus. Huius filii nihil aliud ſunt, quàm radiorum in corpora naturalia agentium vires, vt patet ex ipſorum nominum interpretatione. nam & Paſiphae omnibus lucens, & Phaethuſa ardens, & Lampetie ſplendens, & Augeas ſplendidus eſt, & Hemithea ſemidea & propè diuina, & Heliades Solis vires, & reliqua nomina ſunt his ſimilia. at de Sole ſatis, nunc dicendum eſt de Pale.

De Pale. *Cap.* XVIII.

PAles paſtorum Dea credita, ita vocata eſt à nonnullis, cum tamen aliâs magna mater, aut Veſta vocaretur. In huius honorem Palilia celebrabantur, quæ ſolennitas erat paſtorum; nam palearum accenſi aceruí certo ordine in loco plano collocabantur, quos tranſiliebant paſtores ſaltando, vt ait Ouid. lib. 4. *Faſtorum*;

Moxque per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruos
Traiicias celeri ſtrenua membra pede.

De Ariſtæo. *Cap.* XIX.

ARiſtæus Apollinis & Cyrenes filius fuiſſe dicitur, vt teſtatur Virg. lib. 4. Georg. in his;

Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes; quid me præclara ſtirpe Deorum,
Si modo, quem memoras, pater eſt Tymbræus Apollo,
Inuiſum fatis genuiſti?

Apollonius autem libro ſecundo Argonauticorum commemorat etiam quo pacto Phœbus in amorem Cyrenes inciderit, cum illa pecudes ad ripas Penei fluminis cuſtodiret in his;

κυρήνη πέφαταί τις ἕλος παρὰ Πηνειοῖο
Μῆλα νέμειν προτέροισι παρ' ἀνδράσιν. εὔαδε γάρ οἱ
Παρθενίη καὶ λέκτρον ἀκήρατον. αὐτὰρ Ἀπόλλων
Τήν γ' ἀνερεψάμενος ποταμῷ ἔπι ποιμαίνουσαν
Τηλόθεν Αἱμονίης, χθονίης παρακάτθετο νύμφαις,
Αἳ Λιβύην ἐνέμοντο παραὶ Μυρτώσιον αἶπος.
Ἔνθα δ' Ἀρισταῖον Φοίβῳ τέκεν, ὃν καλέουσιν
Ἀγρέα καὶ Νόμιον.

Fama eſt Cyrenen Penei ad fluminis vndam
Egiſſe paſtum pecudes; æterna placebat
Virginitas, caſtusque thorus cui, fertur Apollo
Hanc rapuiſſe graui percuſſus vulnere amoris:

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/869?context=pdf